

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

831 - 845

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

præceptum fieri jussimus, per quod omnibus comitibus, vicariis, centenariis vel omnibus rem publicam administrantibus seu cunctis fidelibus nostris præcipimus, ut nullus vestrum de rebus, quas navigio *aut*^a terreno id est cum carris et saumariis per regna deo propitio nostra homines ejusdem Strazburgensis ecclesiæ negotiandi
 5 gratia duxerint, ubicumque accessum habuerint, nullum teloneum aut ripaticum aut portaticum aut pontaticum aut salutaticum aut cespitaticum aut rotaticum aut cenaticum aut pastionem aut laudaticum aut trabaticum aut pulveraticum aut ullum occursum vel ullum censum aut ullam redditionem accipere vel exactare audeat aut hominibus, qui eadem mercimonia prævident, ullam inquietudinem aut impedi-
 10 mentum facere præsumat. sed liceat eis per hanc nostram auctoritatem, cum navibus et ceteris vehiculis abque ullius contrarietate vel impedimento per universum imperium nostrum, ubicumque eis necesse fuerit, libere et secure ire et redire et, si aliquas moras in quolibet loco fecerint aut mercati fuerint vel vendiderint, nihil ab eis prorsus, ut dictum est, telonei exigatur. et ut hæc auctoritas inviolabilem et
 15 inconvulsam obtineat firmitatem, sigillo nostro subter eam jussimus sigillare. (C.) : Hirminmaris notarius ad vicem Fridugisi recognovi et subscripsi. : (S. R.)
 Data 8 idus junias anno Christo propitio 18 imperii domni Hludouuici piissimi augusti, indictione 9. actum Ingelheim palatio regio; in dei nomine feliciter amen.

B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 6 or. mb. c. sig. int. subt. impr. delapso mit der Dorsualnotiz von wenig späterer Hand de teloneo.

Gedruckt ebendaraus Laguille pr. p. 19; Gallia christ. V instr. p. 462 nr. 5 = Bouquet VI, 572 nr. 170; Schöpflin Als. dipl. I, 74 nr. 92; Grandidier Hist. de l'égl. de Strasb. II p. j. p. 195 nr. 104 = Levrault Essai sur l'anc. monn. de Strasb. p. 407 nr. 11. — Böhmer Reg. Karol. nr. 415; Sickel Acta Karol. I nr. 287.

24. Hlotharius imperator Ratholdo Strazburgensis ecclesiæ episcopo supplicante præceptum genitoris sui Ludovici imperatoris sibi oblatum, quo homines ecclesiæ Argentoratensis ab omnibus vectigalibus immunes declarabantur (*nr. 23*), confirmat iisdem fere verbis. « si sacerdotum ac servorum dei ». Eichardus ad vicem Agilmari recognovit. data 4 kalendas augusti anno imperii 21, indictione 3¹. actum
 30 Strazburg civitate. 840 Juli 29.

Aus Grandidier Hist. de l'égl. de Strasb. II p. j. p. 212 nr. 114 nach einer jetzt verlorenen Abschrift des Straßb. bischoff. A. — Böhmer Reg. Karol. nr. 559.

25. Kaiser Lothar bestätigt auf Bitten der Aebtissin Basilla dem Frauenkloster St. Stephan zu Straßburg die Immunität und schenkt demselben zwölf im Elsass, in der Ortenau und dem Breisgau gelegene Höfe. 845 Mai 15 Straßburg.

(C.) : In nomine domini nostri Jesu Christi dei aeterni. Hlotarius divina ordinante providentia inperator augustus. cum petitionibus^b servorum dei justis et racio;nabilibus divini

a) Die vier Buchstaben durch ein Loch im Pergament vernichtet. b) B petitionibus.

¹ Zur Datirung vergl. Mühlbacher Die Datirung der Urkunden Lothars I. Sitzungsber. d. Wiener Acad. d. Wissensch. 1877 S. 505.